

Andreas Gottfried Ammon

Programma Ultimis Honoribus ... Clarae Sophiae Tübingiae, B. Dn. M. Matthiae Decenii, Superintendentis Et Concionatoris Aulici ... Relictae Viduae, d. XV. Febr. Pio Ritu Sepeliendae Publice Scriptum, Studiosamq[ue] Iuventutem Regii Gymnasii Carolini Ad Celebrandas Exsequias Solenniter Invitans : [P. P. Stetini, a. d. XVI. Kal. Martias Anno MDCLXII.]

Stetini: Starckius, [1662]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77741869X>

Druck Freier  Zugang



Ammon, A. G.,
in C. S. Tübing,
vid. M. Decenii.
Stett. 1662.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77741869X/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77741869X/phys_0003)

DFG

PROGRAMMA
ULTIMIS HONORIBUS
PIÆ NOBILISSIMÆQ; MATRONÆ
CLARÆ SOPHIÆ
TÜBINGIÆ,
B.DN.M.MATTHIÆ
DECENII,
SUPERINTENDENTIS ET CON-
CIATORIS AULICI, REGIIQ; CON-
SISTORII ASSESSORIS,
RELICTÆ VIDUÆ,
FEBR. PIO RITU SEPELIENDÆ
PUBLICÉ SCRIPTUM,
STUDIOSAMQ; JUVENTUTEM
REGII GYMNASII CAROLINI
AD CELEBRANDAS EXSEQVIAS
SOLENNITER INVITANS.



S T E T I N I ,
Typis DANIELIS STARCKI, Reg. Gymn. CAROLINI Typogr.



Rector Gymnasi CAROLINI
Andreas Gothofredus Ammon,
SS. Theol. Licent. ac P. P. Ordin.
STUDIOSÆ JUVENTUTI S.

UT nihil est homini morte certius, ita nihil eidem horâ mortis incertius esse voluit sapientissimus vitae necisq; arbiter. Idem tamen, ne quis habeat, de quo posset jure conqveri, amicorum & familiarium obitu identidem superstites de migrando commonefacit. Vel cuius in præsentia supremis honoribus monumentum rogati exigimus, pia matrona & nobilissima, Ecclesiae hujus qvondam Antistitis inter præcipuos, relicita vidua, sicut ipsa nuper æternam est reqviem nacta.; ita liberos ac propinqvos, quantumvis hodiè mœstissimos, & omnes deniq; bonos beatæ migrationis ex hac vita, itidem, cum Deo visum fuerit, ineundæ monet, qvæ illos qvidem spes unicè consolatur.

Nata fuerat autem CLARA, qvam dicimus, SOPHIA TÜBINGIA, Magdeburgi, anno hujus seculi uno & vicesimo, a. d. VI. Kal. Februarias nobili honestissimaq; familia. Parens, vir admodum reverendus, ac nobilissimus DN. HIERONYMUS TÜBINGUS, Medicinæ Licentiatus, idemq; Ecclesiistarum Collegiarum S. Gangolphi & sub Aula ibidem Canonicus & Senior, peregrinationibus utiliter institutis non mediocrem

diocrem sibi prudentiæ famam compararat. Erat is CONRADI filius, quem Romanus Pontifex, cuius florebat gratiâ, tribus donarat sacerdotiis, ut esset ad S. Nicolai, ad S. Sebastiani, & Neapolitanæ deniq; apud Magdeburgenses Ecclesiarum Canonicus. Venerabilis hic nobilissimusq; vir, claris idem, qvorum hic nomina recensere nihil attinet, ortus majoribus, ex CLARA de DÖREN, egregia fœmina, qvæ postea Consuli Magdeburgensem PIBERLINGIO nupta est, illum, quem diximus, piè defunctæ parentem suscepit. Nec minus illi nobile maternum genus obtigerat. Etenim ELISABETHA ALEMANNIA, CLARÆ SOPHIAE mater, primum Amplissimi, nobilissimiq; Viri, DN. JOHANNIS DREIERI, J. U. D. postea Dn. Licent. TÜBINGII conjux, prognata fuerat strenuo nobilissimoq; viro, HENRICO ALEMANNO, Haereditario in Venkebeck & Rodense, Centurione, cuius in obsidione Brunoyicensi illa, qvæ sub hujus initium seculi accidit, virtus potissimum emicuit, Patre; Matre CATHARINA, filia viri Amplissimi, JOACHIMI TIMMII, cuius ad Giffhornam, nobile ac munitum agri Lünæburgici oppidum prædia, cæteræq; divitiarum partes celebrantur. Atq; his qvidem illa natalibus orta felix habeatur sanè, qvando consentaneum est, bonos oriri ex bonis: Sed felicior tamen fuit infinitis partibus, cùm pià parentum curâ sanctissimo adspersa lavacro DEI filia adoptaretur. Illis igitur debuit, qvod suo sexu, Christiq; præcipue nomine dignis studiis, simul ac per ætatem liceret, innutrita, vitæ se purè eleganterq; degendæ maturè præparare didicit, qvodq; familiam ducit, Deo in adversis, qvæcunq; inciderent, unicè confidere. Puella fuit decennis, cùm venisset civitati patriæ *summa dies* & *ineluctabile tempus*, multorum illud literis sermonibusq; celebratum. Notum est enim Magdeburgense extidium, quo urbem pulcherrimam anno hujus seculi trigesimo primo Tillianus miles evertit. Fuerat illa septem qvælis integris seculis inter præcipuas Germaniæ civitates ab

Impp.

Impp. HENRICI Aucupis & OTTONIS I. temporibus maxi-
mè conspicua... Cùm enim sex Archiepiscoporum sedes seu
Metropoles constitutæ essent in Germania, Moguntina, Ma-
gdeburgensis, Trevirensis, Coloniensis, Salisburgensis, & Bre-
mensis, qvibus singulis certi subessent Episcopatus; Mogunti-
na qvidem diœcesin amplissimam ac duodecim Episcopatus
est sortita, Magdeburgensem verò Ecclesiam OTTO I. consen-
su Papæ Rom. & Concilii Ravennatis Primatu aut supraju-
risdictione ornavit, primumq; Archiepiscopum constituit S.
ALBERTUM ex Trevirensi Cœnobio S. Maximini evocatū, qvem
eundem BENEDICTUS VI. Papa literis ad Germaniæ Archiepi-
scopos datis Patriarcham Germaniæ nuncupat. Huic idem
Imperator adjunxit Collegium Canonicorum, qvod WEDE-
KINDUS Saxonum Rex à CAROLO M. devictus, & ad Chri-
stianam fidem conversus primūm instituerat Angariæ in oppi-
do Westphaliæ, HENRICUS I. inde postea Vallersebiam, qvod
oppidum est ditionis Lünæburgicæ, transtulerat; eo, qvod fa-
cile perspicitur consilio, ut vicinæ ad Salam & Albim gentes
Vandalicæ, nuper admodum domitæ, veraq; pietatis studio
imbui cœptæ, Magdeburgensis Ecclesiæ Præsuli commendatae,
ex ea qvæsi officina Doctores idoneos commodius in posterum
nanciserentur. Qvod cùm seqventibus seculis obliiti muneris
ac nominis sui Canonici non tam S. Script. Canonem, nor-
mam videlicet Christianæ religionis veriq; cultus divini, tra-
starent ac tuerentur, qvam saginandis incumberent aqvalicu-
lis, post Reformationis denique tempora accidit, ut ortis Ma-
gdeburgi qvoq; de proventibus Ecclesiæ dissidiis, migraret ex
urbe illorum Collegium, Civitas verò ab Imp. proscripta anno
qvinquagesimo superioris seculi gravi obsidione cingeretur.
Hoc illa periculum eâ qvidem tempestate effugit: octoginta ve-
ro annis post obsessa denuo, uti cœperamus dicere, & expu-
gnata est anno abhinc primo & qvadragesimo. Qvæ tūm fu-
erit

erit captae urbis facies, quantaque; rabie in quosvis, nullo sexus, aetatis, innocentiae discriminе habitо sicutum sit, ferro denique ac flammis eversa & vastata sint omnia, id satius lacrymis quam atramento perscribi potuisse, hostes ipsi sunt confessi. Obsidione quidem durante, ut nulla solet esse sola calamitas, amissit parentem beatè defuncta, ipsis Paschalibus feriis mortuum. Superstites erant mater & avia; sed quo pacto consilii expertes ipsae, tantisque; exanimatae terroribus filiolae saluti consulerent? Praesto igitur fuit divina bonitas rebus desperatissimis, cumque; miscerentur omnia rapinis, caedibus & incendiis, ad stupra etiam fœdissimasque; libidines abriperentur aliae, nihil denique, ne in sacris quidem Dei templis a militum furore tutum esset, consternatas mulierculas quasi missis tutelari angelo presentissimis vitaे periculis liberavit. Misertus est enim earum centurio quidam ex Tilliano exercitu, qui captivas eduxit in castra per medias incensa urbis flamas iter monstrans, ac postridie instructas praesidio ad ceteros captivos in oppido Gummern detentos humaniter dimisit. Occuparunt postea urbem dirutam copiae Svecicæ, quarum se cum praesidio tutas putarent mater & avia, ipsa cum hac filia, ejusque sorore uterina redierunt isthuc, sed recuperantibus deserta Cæsareis, variis denuò terrores, nec levia pericula debuerunt experiri. Quæ tamen est immensa Dei benignitas, ea prohibuit semper, nequid ei vel propinquus incommodi accideret. Elapsis annis pauculis, anno seculi undevadragesimo, orbata est Matre carissima, cujus luctuosam sibi præcipue mortem graviter sane tulit, pro eo ac debuit. Habuit autem interim, quo nomine ageret DEO gratias, qui novum orbæ præsidium ac solatum ostendisset, sorore optima, CATHARINA ELISABETHA DREIERIA pl. Reverendo Viro, DN. CHRISTOPHORO HELMUTH, Pastori Ecclesiæ Egensis & vicinæ Dioceseos Superintendenti, Consistoriique Halberstadiensis Assessori, paulo ante
Matris

Matris obitum nuptā. Hunc enim virum qvāsi parentem eff
venerata alterū, qvod orbæ sibi paterno semper consilio &
ope præsto esset. Per eundem igitur consultum ei denique
voluit divina providentia haut paulò commodiūs, qvando
plurimūm Reverendus, amplissimusqve Vir, DN. M. MAT-
THIAS DECENIUS, eo tempore Superintendentis Generalis Ec-
clesiarum castrēnium in Regio Svecorum exercitu, quadri-
ennio post prioris Conjugis obitum hanc sibi matrimonio
jungi petiit, consentientibusqve propinquorum, affinis præ-
cipue ac sororis suffragiis, impetravit. Hamburgum itaqve
missa præsentibus honestissimis omnium ordinum testibus
beate viro est desponsata... Sponso interim transfretandum
erat in Sveciam cum exuviis Illustrissimi Herois JOHANNIS
BANNERI, Riz. Mtis. Regnorumqve Sveciæ qvondam Cam-
pi-Mareschalli. Reversus ille anno hujus seculi XLII. nuptias
habuit Hamburgi Dominica III. post Epiphanias, vota solen-
nia faciente Venerando Ministerii Seniore, D. JOHANNE MÜL-
LERO, Pastore ad D. Petri. Inde postea clementissimo accitu
Reginæ CHRISTINÆ huc Stetinum se cum suis contulit, de-
signatus Concionator aulicus & Pastor Ecclesiæ ad S. Othonis,
Consistorii denique Ecclesiastici Assessor; qvibus ille muneri-
bus fideliter functus est usqve ad beatum ex hac vita exitum.
Huic igitur fidelissima vitæ socia unius & viginti annorum
connubio juncta, divino beneficio mater est facta liberorum
trium, JOHANNIS MATTHIAE, U. J. Candidati, DOROTHEÆ SO-
PHIÆ, decennio abhinc admodum reverendo, amplissimoqve
Viro Dno. D. JOACHIMO FABRICIO, Pastori ad D. Mariæ Virg. &
Vice-Superintendenti lectæ conjugis, & HENRICI BENJAMIN,
qui versatur hodiè inter copias Monasteriensis Episcopi, audit-
que Optio sub Tribuno militum WEDELIO. Hos illa mater-
no semper amore complexa liberos & ab iisdem & à privi-
gnis debito vicissim, liberosqve decente cultu ac veneratione
honora-

honorabatur, propinqvis eadem, vicinis, omnibus denique, qvibus innotuit penitus, cara pariter atque honorata. Virtutes enim beatæ Matronæ, nec vulgares illæ, facile bonorum amorem favoremque merebantur; qvæ sese cùm in cultu divini Numinis, tum in præstandis Marito, liberis, familia, & cuivis denique, qvicum conversaretur, officiis exserebant. Videlicet, cùm ab incunabulis Christi nomen esset professa, Deum consuevit venerari seriò, omne in ejus ope sibi perfugium collocandum statuens, auditu præterea verbi divini & Sacrosanctæ Eucharistiae usu non sine summa voluptate animi sapientia refecta. Porro cum placido esset mitique ipsa ingenio; & vacavit per se contendendi studio, & aliis, ut concordia potius, qvam serendis studerent litibus, autor fuit. Quantâ autem animi magnitudine, sexus imbecillitatem propemodum superante opus ei putemus fuisse tūm potissimum, cùm orba parente puella videret horrendam istam patriæ cladem, immanesque furiosorum hostium impetus. Neque vero reliqua ejus vita vacavit semper aduersis; vel cùm lapsum in itinere maritum fracto crure, ætate etiam ingravescente malo hypochondriaco, passionibus colieis, calculo, pluribusq; morbis laborantem conjux fida sublevaret, eodemque postea morte abrepto luctuosam vidua sortem experiretur. Sed illa confusa constanter bonitate divini Numinis, qvæcunq; inciderunt adversa, feliciter superavit. Cœperat aliquot abhinc mensibus laborare febri qvartana, qvæ cùm sensim vires caperet, in quotidiam & ardentem deniq; est conversa. Precibus igitur publicè privatimque Deo commendata Medicorum quidem consilio adhibuit propulsando morbo remedia; sed naturæ viribus ανοξείᾳ & αγευσίᾳ seu nausea & insomnia debilitatis vigor omnis periit, finemque instare vitae ipsa animadvertisit. Postridiè Kalendarum Febr. SS. Eucharist. viatico instructa precibus se totam Deo devovit, liberosque hortata ad concordiam

cordiam collocuta est cum amicis in visentibus de vita sempiterna, cuius cum hac caduca commutandæ certa spe freta subitura esset mortem libentissimè: Qyo nomine uti textum sibi funebrem elegerat ipsa, ita precibus ac suspiriis ultrò & præcuntibus amicis divinam opem piè constanterque flagitare perexit; qvam eandem impetravit denique, ac beatam mortem obiit ipsis Nonis Februarii sub vesperam, annos nata unum & qvinqaginta.

Nos, qvod levando faciat luctui liberorum generorumque mœstissimorum, præcipue Venerandi Domini Collega nostri, exseqvias ibimus dato signo, qvibus & Tu, STUDIOSA JUVENTUS, freqvens ac decorè intereris, moriisque toties componerenda, maturè, si sapis, disces. VALETE.

P. P.

Stetini, a. d. XVI. Kal. Martias Anno MDC LXII.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77741869X/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77741869X/phys_0013)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn77741869X/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77741869X/phys_0015)

DFG

honorabatur, propinqvis eadem,
 qvibus innotuit penitiūs, cara pa-
 rutes enim beatæ Matronæ, nec vi-
 amorem favoremqve merebantur
 vini Numinis, tum in præstandis
 cuivis deniqve, qvicum conversar-
 delicit; cùm ab incunabulis Chr-
 Deum consvevit venerari seriò, o-
 gium collocandum statuens, audi-
 Sacrosanctæ Eucharistiæ usu non si-
 sapiùs refecta.. Porrò cùm placi-
 nio, & vacavit per se contendendi
 diæ potiùs, qvàm serendis studeren-
 tâ autem animi magnitudine, sexus
 dum superante opus ei putemus fu-
 orba parente puella videret horren-
 immanesqe furiosorum hostium i-
 qva ejus vita vacavit semper adver-
 nere maritum fracto crure, ætate
 hypochondriaco, passionibus colici-
 bis laborantem conjux fida sublevare
 te abrepto luctuosam vidua sortem-
 fisa constanter bonitate divini Num-
 adversa, feliciter superavit. Cœpera
 laborare febri qvartana, qvæ cùm seni-
 dianam & ardentem deniq; est conve-
 blicè privatimqve Deo commendata
 filio adhibuit propulsando morbo ri-
 bus arogezia & aȝenzia seu nausea &
 gor omnis periit, finemqve instare
 Postridiè Kalendarum Febr. SS. Eu-
 precibus se totam Deo devovit, lib-



anibus deniqve,
 onorata.. Vir-
 facile bonorum
 ùm in cultu di-
 ris, familiae, &
 exserebant. Vi-
 eset professa,
 ope sibi perfu-
 verbi divini &
 oluptate animi
 iqve ipsa inge-
 liis, ut concor-
 tor fuit. Qvan-
 tem profemo-
 tissimum, cùm
 patriæ cladem,
 eque verò reli-
 lapsum in iti-
 vescente malo
 uribusq; mor-
 e postea mor-
 Sed illa con-
 q; inciderunt
 hinc mensibus
 eret, in quoti-
 bus igitur pu-
 qvidem con-
 d naturæ viri-
 debilitatis vi-
 animadvertis.
 co instructa-
 rata ad con-
 cordiam